



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

IX. Henning von Jagow, Heinrich von Wedel und Jacob Buer entscheiden den Streit des Pfarrers Meinhard in Königsmark über den Hof Eichbaum mit den Gebrüdern von Quitzow, am 14. April 1336.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

VIII. Markgraf Ludwig ratifizirt vier ältere Privilegien der Stadt Seehausen, am 12. März 1335.

Anno M^oCCC^oXXX^o quinto dominica Reminiscere in Berlin. Ludowicus etc. ciuitati Sehufen gratiam suam & omne bonum. Moti & inclinati fidelitati ac constantia, quam per experientiam actualement nobis per vos comprobauimus exhibitam, litteras infra scriptas quas uidimus in toto & in omni sua parte legales duximus approbandas, vnam videlicet uobis concessam & datam super donatione & proprietate Curie Rentzing per magnificum principem dominum Johannem clare memorie, quondam Marchionem Brandenburgensem, auunculum nostrum dilectum, quoad omnes articulos inibi comprehensos; Aliam uero in primo nostri aduentus introitu in Marchiam uobis concessam & traditam sub antiquo nostro sigillo super libertatibus, iuribus, approbatis consuetudinibus, proprietatibus & aliis pluribus gratis & articulis in eisdem contentis editam de mandato spectabilis uiri domini Bertoldi comitis in Hennenberg tunc temporis nostri tutoris perfectamque & datam per manum Hermannii de Lucho in ciuitate nostra Stendal: Terciam quoque per nos uobis datam & concessam super alienatione iudicii seu prefecture ciuitatis nostre Sehufen supradicte quoad certos articulos inibi comprehensos; Et quartam similiter per nos uobis datam & concessam super proprietate precarie tredicim mansorum & super proprietate cuiusdam aque, que Cruge appellatur, etiam quoad alios articulos ibidem notatos; predictas siquidem litteras per nos approbatas prout rite & rationabiliter uobis date sunt quoad omnes articulos in eisdem positos ratificamus & ratificatas presentis nostre pagine patrocinio sub appensione nostri sigilli ex certa nostra scientia confirmamus, Reseruantes nobis quod nos heredes aut successores nostri a predictis ciuibus presentibus uel futuris supra scriptum iudicium uel officium prefecture in ciuitate Sehufen pro quadraginta marcis argenti Brandenburg. quancumque decreuerimus aut decreuerint reemere poterimus plenariam & omnimodam facultatem. Testes sunt: frater de portuelt, mariscalcus, altmannus, Jo. de Buch, de wiltberg, cum aliis fide dignis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg, Nr. XXXVII.

IX. Henning von Jagow, Heinrich von Wedel und Jacob Buer entscheiden den Streit des Pfarrers Meinhard in Königsmark über den Hof Eichbaum mit den Gebrüthern von Quitow, am 14. April 1336.

Nos Henninghus de Jaghow miles et Hinricus de Wedele recognoscimus sub testimonio hujus scripti quod super dissensione curie Eyckbohm habitam inter dominum Meynardum de Könningesmarcke et strenuos famulos Conradum, Nicolaum et Thidericum fratres dictos de Quitow compositores amicitie et Jacobus Buer sacerdos eramus in premissa, ita uidelicet ut dicta curia antedicto domino Meynardo in possessione maneat salua et cum omnibus pertinentibus et utilitatibus adjudicata. Ex hoc antedicti fratres nos in compromissorem eorum posuerunt et promiserunt antedictum dominum Meynardum in omnibus fideliter promouere. Ex hoc sepedictus dominus Meynardus ipsis IV. talenta Brandenburg. denariorum cum una Marca argenti perfoluit in parato pro seminibus et aliis expensis in eadem curia habitis. Quo facto sepe dicti fratres omnes fructus et utilitates ipsi ex eadem curia prouenientes usui antedicti domini Meynardi assignarunt. Presentibus do-

mino Gherwino preposito Bernouienti, domino Yfeltryth Marschalco, Hinrico de Wedele, et Arnolde et Henningho de Vchtenhagen famulis, Conrado Hidden, Reinero Caluen, Hinrico Vranken, Sandero de Vngelingen civibus in Stendal cum pluribus fide dignis. Actum Arneborch, anno domini M^oCCC^oXXXVI^o, dominica Misericordias domini.

X. Conrad Nicolaus und Dieterich von Quitzow verzichten auf den Hof Eichbaum in Königsmark zu Gunsten des Pfarrers Meinhard, am 14. April 1336.

Nos Conradus, Nicolans & Thidericus, fratres dicti de Quitzow famuli, recognoscimus — quod super inpedatione curie Eykbom site in Konigesmarke ab illustri principe domino nostro Lodewico Brandenburgensi Marchione contra justitiam Domini Meinardi plebani in Konigesmarke, cui a Domino Marchione predicta curia est appropriata, nobis facta, expediti nunc a veridicis viris Domino Gherwino preposito Bernovenfi, Domino Johanne de Buch, Domino Wilhelmo de Krufemarck, Domino Henningho de Jhagowe, ita ut ab eadem cedimus, & presentibus dicte curie - - - renunciamus, protestantes, dictam curiam dicto domino Meynardo pertinere pleno jure. Nichilominus dictus dominus Meynardus nobis pro feminibus & aliis expensis per nos & nostram familiam habitis quatuor talenta Brandenburgensium denariorum cum marca ejusdem argenti persolvit in parato. Ex hoc ipsum promovere volumus, in quantum possumus, quod presentibus promittimus una cum Domino Henningo de Jagowe, quem in compromissorem nostrum ad hec posuimus, & sepe dictum dominum Meynardum mittimus ad possidendum & percipiendum omnes fructus, qui nobis & usui nostro a quibuscunque personis ex eadem curia poterunt provenire. Hujus cessionis a dicta curia & renunciationis testes sunt honesti viri Dominus Henningus de Yaghowe, Dominus Yfeltreuth Marscalcus, milites, Henricus de Wedele, Johannes Poltzin, Arnoldus & Henningus fratres de Vchtenhagen, famuli, Conradus Hidde, Reinerus Kalve, Hinricus Franconis, Sanderus de Vnghelinge, cives in Stendal cum pluribus fide dignis. Datum Arneborch, Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo sexto, Dominica Misericordias Domini.

Nach Lenz Br. Urk. S. 245—247.

XI. Markgraf Ludwig verschreibt von Neuem dem Pfarrer Meinhard in Königsmark den Hof Eichbaum daselbst zur Verwendung in geistlichen Best, am 1. Jan. 1337.

— Nos Ludowicus etc. profiteamur, quod curiam dictam Eikebom sitam in Kongesmarke et duos mansos dicte curie adjacentes cum decima et omni usufructu Domino Meynardo, plebano in Konigesmarke, dedimus et presentibus liberaliter donamus cum omni proprietate et jure et absque serviciis reali vel personali, precariis et angariis, quibuscunque nominibus censeantur, libere, sicut venerabilis pater Dominus Henricus, Kyoviensis ecclesie episcopus, ipsam possedit, et